



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

27. de charitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

est eos fidem habere, ergo ea consummata post iudicium & fidem similiter habere dicentur, qui credent eam præteritam. Sed sicut tunc credent, nec tamen fidem quæ fideles facit, habebunt: quia non credent absque scientia, quæ non erit ænigmatica, sed per speciem: ita & modo credunt & sperant resurrectionem: nec tamen fidem habent, quia credendo cognoscunt. Itã & Christus, in quo bona patriæ fuerunt, credidit quidem & speravit resurrectionem tertia die futuram, pro qua & patrem oravit: nec tamen fidem & spem virtutem habuit, quia non ænigmati-
 cam & speculari, sed clarissimam de ea cognitionem habuit: quia non perfectiùs cognouit præteritam, quàm intellexit futuram. Speravit tamen Christus, sicut in Psal. ait, In te domine speravi. De antiquis verò patribus, qui apud inferos vsque ad passionem tenebantur, non incongruè dici potest, quòd fidem & spem virtutem habuerunt: quia credebant & sperabant se visuros Deum per speciem, qualiter tunc eum non videbant.

DE CHARITATE.

De charitate quatum ad eius essentiã & definitionem.

DISTINCT. Vigesima septimæ
 CAP. Primum.

Christus habuit summam charitatem.

MAior charitas in Christo esse non potuit, qui ex charitate eximia animam posuit pro amicis & inimicis: habuit enim in corde charitatem, quam opere nobis exhibuit, vt exhibitionis forma nos ad diligendum instrueret.

C A P. Secundum. Charitas recte definitur.

Charitas est dilectio qua diligitur Deus propter se, & proximus propter Deum vel in Deo. Hæc habet duo mandata: Vnum pertinens ad dilectionem Dei, quod est maximum in lege mandatum: Et alterum pertinens ad diligendum proximum, illi simile, vt patet Deut. 6.

matth.
22.

C A P. Tertium. Eadem dilectione diligitur Deus & proximus.

Avgust. sic dicit: Iohannes ait, Non potest Deum diligere quem non videt, qui fratrem quem videt, nõ diligit. Sed si eum quem videt humano visu, spirituali charitate diligeret, videret Deum, qui est ipsa charitas, visu interiori, quo videri potest. Qui ergo fratrem quem videt, non diligit, Deum, qui est dilectio, qua caret qui fratrem nõ diligit, quomodo potest diligere? Ex vna enim eademq; charitate Deum proximumq; diligimus: sed Deum propter Deum, nos vero

CC

li. 8. de
Trini.
cap. 8.

*V. sup.
m. b. r. i. a. r.*

& proximum propter Deum. Et si enim una est charitas, duo tamen sunt praecepta: & hoc propter diuersa dilecta, vel propter duos motus, qui in mente geruntur, dum Deus diligitur & proximus. Regula autem dilectionis (ait August.) diuinitus constituta est, vt Deum propter se ex toto corde, & proximum diligas sicut teipsum, id est ad quod & propter quod teipsum diligere debes.

li. 1. de doctr. Chri. cap. 22.

Ro. 13 gal. 5

CAP. Quartum. Praeceptum de dilectione Dei in hac via penitus impleri non potest.

lib. 4. de civ. 260. a
3. f. 301. b. 1. 17

ad imp. inf. 143. b. 1. 102. b.

NAm ex parte diligimus, sicut ex parte cognoscimus. in futuro autem implebitur ex toto. Vnde Aug. Cum adhuc est aliquid carnalis concupiscentiae, non omnimodo ex tota anima diligitur Deus. Caro autem non dicitur concupiscere, nisi quia anima carnaliter concupiscit. Cum autem venerit quod perfectum est, implebitur in ea plenitudine praecipitum illud charitatis, Diliges dominum deum tuum ex toto corde. Cum autem impleri non possit in hac vita ista perfectio, praecipitur tamen: quia non recte curritur, si quod currendum est nesciatur. quomodo autem sciretur, si nullis praecipitis ostenderetur? Impletur autem ex parte, id est secundum perfectionem vitae. Alia est enim perfectio currentis, alia peruenientis.

1. cor. 13

col. 3. ca. 1. 1. 11.

Viv. 2. 1. 102. b.

li. 1. de doctr. Chri. cap. 2

li. 1. de doctr. Chri. cap.

